Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





hoc ē eusdē sui redemptoris. et fratrum
simul amore flagrantes. Conuersus autē ihc. et ui
dens eos sequentes se. dicit eis. Quid quertis. Non
potuit ihc ignorare q̄d sequentes se discipuli io
hannis quererent. sed ineo q̄d adillos sequentes
conuertitur q̄d ipse prior. q̄d quererent interrogat.
q̄d dat illis fiduciā quęq; uellent rogandi. mani
feste innotuit. quantū bonis nūris studius delec
tet. quā libentē iter uertatis inchoantibus ipse
auxiliū laturus occurrat. Qui dixerunt ei. Rabbi.
q̄d dicit̄ interp̄tatū magister. ubi habitas. Nole
bant transitorie magisterio uertatis p̄frui. sed
mansionē potius inqua habitaret inquirebant.
quatenus et tunc liberius insecreto uerbis illius
imbui et exinde sepius eū possent uisitare ple
nius instruendi. Unde et ipse quia illos bene pe
tentes. querentes. pulsantes uidit. libens eis secre
tariū sui reseraut arcani. eosq; introducens ueri
tatis euangelicę rudimentis quę desiderabant
illustrauit. Nam sequit̄. Uenite et uidete. Statimq;
subiungit̄. Uenerunt et uiderunt ubi maneret.
et apud eū manserunt die illo. Quod si altiore sen
su libet inspicere q̄d nobis agendū insinuent
discipuli ineo q̄d ad dnm quidē ambulantē uene
rant. sed locū continuo ubi habitaret inquire
bant. admonet utiq; nos ut quotiens incarnatio
nis eius transitū admentē reducimus. sollicito